

*feld). — 1) Pacatum legatum provinciae Lugdunensis temporibus Antonini Pii (coll. leg. Mos. Rom. 45, 2, 4) non diversum putat Hirschfeld. — Haud longe a loco, ubi titulus repertus est, mortaria lapidea multa, quae fortasse ad fullonum officium pertinuerint, eruderata esse traduntur (cf. XIII l. c.).*

**5595** Q. Fillius<sup>1</sup> L. f. Rufus, Q. Agrius Q. f. Celer | pr. Ivir.<sup>2</sup>, lanarias et quae in iis sunt, sua | peq. fec., ut ex eo vectigale<sup>3</sup> quot annis colonis mulsum | et crustum natale Caesaris Augusti daretur.

*Telesiae (IX 2226 ter ut videtur descripta saec. XVI). — 1) Sic vel Filius vel Fellius apographa. — 2) Praetores duoviri. — 3) Vectigal, quod Telesini capiebant ex lanariis, Mommsenus composuit cum vectigali, quod rei publicae Pompeianorum quotannis solvebatur ob fullonicam testibus tabellis ceratis Iucundianis (C. I. L. IV p. 426).*

**5596** pro felicitate temporum beatorum [dominor.] | nostrorum Valentiniani Theodosi et [Arcadi]<sup>1</sup> | aeternorum principum, unum quo dd.<sup>2</sup> e[t] pr[inci]p[ales] ac cives gravi quatierbantur inco[mmodo], molas propter annonam<sup>3</sup> | pu[blicam] a veteribus institutas omn[i] renova[t]u operis ruinis imminentibus destit[ui], deter[s]a] | veteris squaloris inluviae adiecto novo] | cultu sua instantia reformavit, [instrumento] | pistorio exornatas ad anno[n]ae publicae] | coctionem pistoribus tradi[dit et ita populum] | pavit Fl. Maecius Constan[s] v. p., praes. prov.] | Mauretaniae Sitif., curam [agente curatore] | rei p. splend[i]d. col. Sitifen[sis].

*Sitifi in Mauretania (VIII 8480 vidit Wilmanns praeter paucas litteras iam perperitas in finibus quinque priorum versuum). — 1) A. 588—592. — 2) Decuriones (?). — 3) Haec vel similia a quadratario omissa esse (nam in lapide iis non videtur locus fuisse) putat Mommsen.*

**5597** .... Saturio q., aedilis, Iviru., pontifex, fl. pp., sacerdos... | ... pi.... [a]dd[i]to opere ... host. II panificiis et cetera qua[e ad] .... nem pertinent ex... | .... pi..... intus .... [i]n eod[em] templo pronaum porticu[m] cum columni]s et epistilos fac[ienda] ... | .... ri.... [et exor]navit eaque omnia pariter cum Mu[natis] ... et] Festo equitib[us Romanis] ....

*Dianae (Ain Zana) Numidiae (VIII 4585 vidit Wilmanns). Fragmentum alterius tituli ab eodem Saturione eodem loco positi edidit Gsell rech. p. 494 n. 205.*

**5598** Melia Anniana in memor. Q. Laepici Q. f. Serg. Bassi mariti sui | emporium<sup>1</sup> sterni et arcum fieri et statuas superponi test. iuss.<sup>2</sup> ex HS DC d. XX p. R.<sup>3</sup>

*Iaderae (Zara) in Dalmatia, ubi extat super portam maritimam (III 2922 cf. III S. 9987 viderunt Mommsen et Hirschfeld). — 1) Aliud emporium est N. 5383. — 2) Testamento iussit. — 3) Deducta vicesima populi Romani. Cf. N. 5384 not. 1.*

**5599** T. Pompllius L. f. Lappa | Ivir quinq., trib. mili. (sic) a populo<sup>1</sup>, | praef. fabr., ex testamento atrium | auctionarium fieri et Mercurium | Augustum sacrum póni iussit, | arbitratu Epaphrae liberti.